



Notes du mont Royal

WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM



Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
e-rara

Τὰ σωζόμενα

Ταῦτα λαζαράτων
Ποιητῶν

ΤΕΩΡΓΙΚΑ;
ΒΟΥΚΟΛΙΚΑ, ἢ
ΤΝΩΜΙΚΑ.

Venustissimorum Authorum Georgica,
Bucolica, & Gnomica poemata
quæ supersunt.

Quorum omnium catalogum, & quid sigillatim ad eorum explicationem hoc īx-
clusiō detur, sequentes paginæ indicant.

Επίκεισθαι.
φέδος.

I. C R I S P I N I de hac sua editione
discep.

*Si decus est paucis quam plurima dicere, ex aptè:
Quidni etiam exiguo claudere multa libro o?*

13 | 222





OECONOMICA T
TIVS OPERIS PRAE-
FATIO
IOANNIS CRISPINI.



RAVIORIBVS defessum labo-
ribus quid vetat in amoenos nōnun-
quam Poëtarum hortos requiescendi
gratia excurrere? Sanè fuit ea mihi
iam dudum in promouendis (quoad
potui) literarum studiis voluntas, vt quum à gra-
uioribus illis, imò primariis Autoribus edēdis otii
quid superesset, secundariis qui ad humanitatem
pertinent, impēderem. Maximè verò iis qui vici-
niores origini, vt Plato monet in Philebo, minus
attactarum sordium habent: qui verbis leatis, apitis
& illustribus idem efficiunt, quod pictores prēstāt
suis pigmentis candoris ac ruboris, & aliis cuius-
que generis coloribus scitè omnino adhibitis & e-
leganter. Ac quum superioribus annis ab Home-
ro Poëtarum principe cœptum esset, nunc alterum
ab illo, Hesiodum Ascræum illi ὥμοχενον, Theo-
gnidem quoque & Phocylidē: Theocritum aliós-
que primarios Poëtas, qui ob excellentis & exqui-
sitæ scriptio[n]is dotes vetustatem ferre potuerunt,
prosequi non injucundum duximus ea forma quæ
& domi & foris obleat, nec impediat circunge-
stantem. Distinximus quidem eos veluti in tres

a. ſ.

OECONOMIA

classes: quarum primam Hesiodi operibus *τοῖς οὐρανοῦ ἀρχαῖς*: secundam Theocrito, ac reliquis Eἰδυλλοῖς: tertiam ipsi Theognidi cæterisque Γνωμολόγοις hac exiguitate dedimus, ut in unum volumen coire onines possint, quorum seriem subiecta huic Epistolæ tabula demonstrabit.

Quid porro præstitum sit hac editione non est pluribus recensendum: ipsa re cognoscere candidi Lectores: ne aut prolixiori præfatione periucundam horum Poëtarum lectionem remorer, aut verrecundiæ terminos nimia commendatione transiliam. Spero equidem suscepturn hūc laborem, in quo eo doctorum virorum præstitam operā atque industriam, studiosis nec inutilem nec ingratam futuram, cùm & Latina versio, quæ de Græcis fide liter expressa est, omnibus è regione cōiuncta detur: tum etiam brevibus ea annotationibus indicata sint quæ necessaria erant, huiusque enchiridioli modulo potissimum conueniebant.

Atque ut ingenuè semper agnouimus à quib⁹ profecimus, præter eos quorū elucubrata studia in hos Poëtas citata extat, pleraque nobis benignè cōmunicauit D. Portus Cretensis, vir Græcè atque Latinè doctissimus: multa etiā apud B. Marcuardū contulit C. Auberius Triuncianus, præsertim in iis quæ Simmiæ Rhodio attribuuntur: quæ præterquam quòd sunt αγνίγματα arbitratu veteris Authoris efficta, corruptissima erant. Ioannes Pediastinus Theocriti Σύγγρα declaraturus, quantis difficultatibus afficeretur, antè testificatus est his verbis: τὸ δὴ τὸ Θεοκρίτε σύριγμος ἀνίμηστη μέμφεσιν, διά τε τὴν τῷ μεταλλήψεω πύκναστην, καὶ διὰ τὸ ἀκροδιγώς τῷ μηρμονθεύσων ἴσορειλν ἔχειν, καὶ τὸ εἰπὲς τὸ σωταξίως: καὶ τεῦται μὴ χρῆται ἀπίκλω σωνήθειν ἀπλά την ἔκφυλον, πολλὰς ἐμπειθεῖσαν ἀστίφειδα. Quæ sine præfatio equius de Ouo, Alis, ac Securi, ænigmatis

T O R I V S O P E R I S.

gmaticis Simmiæ commentis prædicti usurpari-
que merito possent. Hęc verò brevibus idcirco
non abs re præfamur, vt intelligent studiosi ado-
lescentes, per exiguos quidem dari hos libellos, sed
refertos tanta Poëtarum veterum gaza, tam mul-
tiplici rerum sententiarumque grauitate ac varie-
tate plenos, vt maiora volumina non solum opera-
rum & operis difficultate superent, verùm etiam
utilitatem grato compendio (his præser-
tim temporibus alioqui pertur-
batissimis) conjunctam
habeant.



P O E T A R V M Q V I T R I-
bus distinctis libris, uno tamen ilibro c*atalogo*
comprehenduntur, ca-
talogus.

I.

G E O R G I C A

H E S I O D I A S C R I P-
T O P E R A & D I E S.

Apud veteres ediscebant pueri Hesiódum, cuius
autoritas tanta erat vt ipsius carmina tan-
quam oracula & à̄ḡēμata quædam com-
muni sermone usurparentur.

S C V T V M H E R C U L I S.

Dionysius Longinus Rhetor, in libro *adversus*
quem hoc ipso anno edidimus, videtur ambi-
gere an Aspis sit Hesiodi genuinum opus.

a. 33.

OECONOMIA

Annotationes in *Eργα τὰ Ἡμέρας*, Philippo Mel.
potissimum, Frisio & Garbitio debentur.

T H E O G O N I A eiusdem Poët. Cui ad-
dita genealogiarum compendiaria descriptio,
nobis à D. Porto Cretensi communicata, pluri-
mum lucis ad fert.

II.

B U C O L I C A.

T H E O C R I T I S Y R A C U S I I

Eidyllia, apta ad Poëtices principia excolèda, quæ
à primis pastorum quietis meditationibus profe-
cta dicuntur. Virgilius à *Pastoribus* exorsus ad
Aratores se transtulit: & ab *Aratoribus* ad *He-
roas*: qui etiam Pastorum requiem in ipso Eclo-
ge i. principio ob oculos posuit,

*Tityre tu patula recubans sub tegmine fagi, ex c.
V. Wensemius aliquique hæc Eidyllia exposuerunt.*

*S I M M I E R H O D . I I ,
O V V M . A L A S . S E C F R I M*
Restituit suis metris, enodatèq; exposuit Auberius.

*M O S C H I Syracusii ,
B I O N I S Smyrnei Eidyllia, ex A. Me-
kerchi, tum ex Ful. Vrsini scriptis aucta.*

*A V S O N I I elegans Eidyllium, Gracis ver-
sibus à Fed. Iamotio redditum.*

III.

G R O M I C A.

T H E O G N I D I S Megarensis veustissimi
Poëtæ Sentetiæ elegiacæ annotationib' selectis
E. Vineti, I. Hertelii, I. Schegkii, aliorumq; lu-
brationibus expolitz.

TOTIVS OPERIS.

PHODRYLIDI S poēma admonitorium;
PYTHAGORÆ carmina aureascholiis
V. Amaerachii aliorūq; obseruationib⁹ illustrata.
SOLONI S sententias quæ supersunt.

TYRTEI varia.

SIMONIDES pleraque;

RHIANI,

NAMACHII,

PINTASIDIS,

ORPHEI,

MIMNERMI,

LITNI,

CALLIMACHI,

EVENI PARII,

ERATOSTHENIS,

MENECRATIS,

POSSIDIPPI,

METRODOSSI,

TIAMOCILI S Quorum sententias ple-

rasque multi magni scriptores veluti axiomata

& oracula non sine honoris præfatione citarunt:

Platto (inquam) Aristoteles, Xenophon, Plutar-

chuss, Athenœus, Dion, Chrysostomus, Philo Iu-

dœuss: ac de Patribus Græcis Clemens Alexan-

drimus, ac Basilius cognomento Magnus.

HOS POETAS INSE-
quittur eadem tertia Enchiridii parte,

SENARIO VM Libellus:
continēs aliorum quoque Poëtarum sententias,
quemadmodum ex Indice ad calcem illius ter-
tiaz partis apposito constabit.

ADDITÆ sunt eiusdem cum superio-
ribus argumenti nonnulla ex veterum Comico-
rum fragmentis: quorum nomina idem Index
commonstrat.

Fruere his, ô Philomuse, & nostris studiis faue.



Notes du mont Royal

WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM



Une ou plusieurs pages ont été volontairement omises ici.



Η ΣΙΟΔΟΥ ΤΟΥ ΑΣ-
χράγεργα κήνερα.

ΤΟΥ ΑΤΤΟΥ.

ΑΣΠΙΣ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ.

ΘΕΟΓΟΝΙΑ.

*Hesiodi Ascrei Poëta ut remississimi, ita pu-
rissimi, opera quæ supersunt omnia: Latina
versione & brevibus annotationibus iisque
selectiss. exposita.*





ANNOTATIONES IN Opera Hesiodi, ex doctiss. virorum scrip- tis collectæ.



Pag. 1. ΗΣΙΟΔΟΤ.] Super Homeri atque Hesiodi
estate, q̄is Gellius lib. 3 ca. 11. non consentitur uter na-
tus prior: dubium tamen non est quin aliquo tempore
eodem vixerint. A ΣΚΡΑΠΟΤ.] Sacerdos fuit tē-
pli Musarum in Helicone monte Bœotiae. in Ascra pa-
go ad radicem eius montis. Inde Virgilius, quia hunc
Poëtam è iis Georgicorum scriptoribus imitatus est,
dixit, Ascraūmque cano Romana per oppida car-
mena. Εργαὶ Ημέραι.] Non dubium est quin idem
Virg. initio Georgicorum hanc inscriptionem expre-
serit hoc versu, Quid faciat hætas segetes: Quo si-
dere terram, &c.

Bremiter autem summam rei complectitur hic titulus:
nam per Opera significat agriculturā esse artem que
non inert i orio, aut alieno sumptu: sed ipsa actione por-
agatur. Per Dies autem innuit suo tempore singula fa-
cienda esse. In priori igitur Operum libro ad laborem
adhortatur agricolam futurum. Obiter etiam alia
atque alia præcepta de moribus tradit, ad iustitiam
& pietatem colendā, iniustitiam verò & ignorantiam vi-
tandam. In secundo autem artem agricultura tra-
dit. Duo ergo agit, primum, ut voluntarium habeat
agricolam: deinde, ut peritum.

Ψιλ. Μύοτ.] Duplicem invocationem ponit: prior hac ad
Musas, posterior (ψιλ.) ad Iouem dirigitur, ut in Persæ
fratre docendo sit auxiliator.

ANNOTAT. IN

- ¶ 3. Οὐτε διὰ.) Enumerat pias quasdam sententias de Deo. Porro in ὅν potest intelligi Σόπον, more ē Attico, ut sit διὰ ὅν Σόπον, quomodo, cur : q̄ nonnulli i. interrogatiuē, alijs verò absq; interrogatione intelligunt. Alij non minus commodè exponunt, διὰ ὅν, vel υἱόθθ' ὅν Δία, secundum quem Iouem gubernantur homines. φατὸς & φυτὸς differunt ut apud Latinos loquor εγώ dico. est enim φατὸς de quo magna fama est: φυτὸς autem honoratus, εγώ ad certam functionē & dignitatem assumptus.
- ¶ 5. Πεῖα μόρι.) Contractio est in voce πεῖα. vob. Iliad. p. Virgil. quoque dixit aluaria pro alueariti. Αἴσωπος (testē Laërtio) quum rogaretur quid ageret Deus, respondit, τὰ μόρια τὴν ταπεῖον, τὰ δὲ ταπεῖαν μόρι. ¶ 9. Κλῦδι.) Invocation ad Iouem. Δύμησας vocat praecpta de moribus.
- ¶ 11. Οὐκ ἀρετή.) Duplicem narrat contentiōnem augendae rei familiaris, alteram uituperandam, quum per iniuriam & scelus cumulantur opes: alteram dignam laude.
- ¶ 15. Οὐτε τῶν γε φίλετ.) Ostendit non fieri perse, ut hac contentio tantopere diligatur ab hominib; cūm tamē sit noxia: sed per accidens, quia scilicet non possint discernere à vere expetendis ea quae falso boni speciem praeferunt: idq; natura quodā fato. ¶ 20. ἀπόλαυσον, inertem, qui manus nulli operi admittet. παλάμη enim & manum εγώ ipsum opus significat.
- ¶ 24. ἀγαδή.) Probat artificum inter se emulaciones. Hos duos versus Plato in Lyside, & Aritot. s. Polit. εγώ s. Rhet. εγώ Galenus, ad priorem noxian contentiōnem referunt. Plutarchus autem bona illi & salutaris cum Poēta nostro attribuit.
- Pag. 3. ¶ 3. Ω Πέρον.) Alloquitur fratre, etiam traditā doctrinam ad eius emendationem accomdat: eumq; dehortatur à contentionib. forensibus, quia infeliciter circa eas versetur cui singulis temporib. sūi prouentus

O P E R A H E S I O D.

non adfuerint. κακόχερος, epitheton aptissimum
inhonestæ contentionis, quia malum gaudet, vel quod ma-
li ea gaudent. ¶ 6. Ωρη.) absq; aspiratione, pro φρεγ-
τις. alijs legunt ὥρη, i. tempus. ¶ 9. Τύκνορος.) Con-
cessio ironica: Quando distatus es, & abundas iam re
familiari, nec animus à malo renocari potest, age per
me licebit litiges quandiu voles. ¶ 14. Αρτάζων.)
Caσιλῆας vocat præfectos singularum urbium, quem-
admodum & Homerus.

¶ 16. Νίκαιος.) Mediocritatem commendat, & redarguit
iudices & gubernatores qui indulgent suis cupiditatibus,
& à vita frugalitate digrediuntur ad πλεονέξια
iniustum: & ostendit primum ipsos ignorare vim &
utilitatem iustitiae longè potiorem quam iniustitia &
πλεονέξια: deinde etiam non considerare quanta su
commoditas tenuis & frugalis vicius. Intelligit er-
go per ήμου, medium inter lucrum & damnum, quod
est iustum, & honestius atque utilius mortis, i. toto, quo
& sua pars retinetur, & alterius ad se pertrahitur.
Plato. s. Polit. & 3. Legum intelligit de mediocritate
in statib. ciuibus amplectenda.

¶ 18. Κριψαρτες γδ ἔχοσι.) pro ἐργασias, occuluerunt.
Causam huius ignorantie ostendit esse voluntatem Dei,
qui vulnerit abscondi ab intelligentia communis hominum
hanc faciliorem vitæ rationem.

¶ 19. Πνιδίος.) Illius prime & melioris vita ratione
commendat, ita ut ostendat in ea seruata posse facile
quemque non admodum industrium vel viuis diei la-
bore efficere quod sufficiat in integrum annum.

¶ 21. πνιδίος) Quidā nō pro nauis gubernaculo, sed pro
stiuia, stivam q; pro aratro accipiunt. Solent autem enu-
stici instrumenta lignea super fumosa laquearia collo-
care, ut fumus ea corroboret & induret.

¶ 23. Ανδρά Zδος) Longam fabulam recenset de Pando-
ra. qua dicit Iouem iratum abdidisse ignem, i. verita-
tem, qua penitus abstrusa est in natura. Sed cū Pro-

ANNO T. IX

metheus ostendisset hominibus recta & honesta, m

^a Iupiter Pandoram, i. voluptatem, quæ mortalis re
opus habet, angelis, quotidianus sumptus, & quicunq; m
tis modis abbländiatur, malorum tamē omnium, me
borumq; causa est. Prometheus autem, i. s. sapiens a
quis monitor, vel ratio, vetat recipere voluptatem:
Epimetheus, i. sensus non auctorius rationi, i. noxiā v
luptatem incanus recipit, sed sero recipisse pœnitit.
Nonnulli paulo aliter exponunt, ut mox paratebit. Πε
μῆδος, q. τοργυρδόνης, proficiens. soluers, indu
strios, eog; nomine secundum quosdam intelligitur v
humani ingenij.

¶ 26. Kpū.) Iupiter abscondit ignem, cuius benefi
cerè omnes artes exercētur. Vel ignem, i. nmentis v
sclerem, ut simplicius viverent homines.

¶ 28. Εν νοίλῳ.) Ignē ferulī optimē fernarri auctor es
Plinius libr. 13. cap. 22. ¶ 31. Χαῖεις.) Est qua
dam reueontium approbatio. Pulchrè hū neotatur inge
niosorum studium, & inconsiderata in successu suu
rum conatum latitia. ¶ 34. ἐὸν κανὼν.) Ea ferd
est humanarum rerum conditio, ut illæ pse cupidita
tes quæ omnis generis mala secum trahunt, nos dea
lectent.

¶ 36. Ήφαῖει.) Recenset iam quomodo Pandora con
dita sit. M. Garbitius sensum huius fatula sic expli
cat. Hominem prius habuisse sincerorem & puriorem
naturam. simpliciusq; vixisse. Postquam vetro lasciuia
mentis ipsius contra voluntatem Dei, ubi vendicarit
ingenij & cognitionis vim excitatiorm; inde quasi
transformatum in aliam naturam & appetitiv corpo
ream, & illam quidem excellente virtutibus cale
stibus. sed quibus corpore a fece cor amictatis, mens hu
mana & ipsa ex conforio contaminata, varie abuta
tur ad lasciniam & luxuriam variarum artium &
innuetionum: & hoc sub spe & specie boni vita me
lioris: sed quā omnem industriam suam posteriore con

OPERA HES.

federatione, & cunctu stultorum magistro, experiatur contrariam esse suis effectis. sed q̄ sp̄e reliqua sustentetur in perpetua anxietate animi. Ceterum si de voluptate hæc potius libet intelligere, dicemus Poëtam h̄ic significare non unum esse genus voluptatis.

Pag. 5. ¶ 6. Καὶ πόδον.) Indefessam cupiditatem superandi alias: vel (secundum quosdam) desiderium vche mens, ut vehementer ametur. ψυχός, vox apta meditationibus & curis, quæ ad satisfationem usque arro-dunt & absunt membra: sicut ferè videre est ingenuos, pallidos & extenuatos esse. ¶ 7. Εὐ οὐδέμιον.) Impudenciam intelligit, quæ utriq; interpretationi quam attulimus commode applicari potest. Solent enim homines voluptatibus dediti nullam prorsus honestatis rationem habere: itemq; negotiatores, & πλεύραται varijs artibus & dolis lucrum captare.

¶ 12. Ζῶον.) Hoc potest de bellicis dotib. intelligi.

¶ 13. Αἱμφί.) Πειδῶ dea eloquentia est.

¶ 21. Πιθωπλεύ.) Quidam (ut ante monuimus) voluptatem exponunt. Alij variam quandam ingenij & mentis industriam propositam, quam admirantur homines tanquam magnum suum bonum, cum sit ipsorum malum. Quod mirum est, cum mens humana tā diuinis dotibus sit exornata: sed hoc sit per accidens, vitio nature. ἀλφησάς, intelligit solerter, qui descendunt à simplicitatis rectitudine: & qui curiosi sunt.

¶ 25. - οὐδὲ Επιμήθεος.) Mittitur donum ad Epimetheam & recipitur. Nam pars inferior cupiditatum & affectionum, quæ est iste Epimetheus, id est, vis animi humani inconfiderata & præceps, non obsequitur plerumque parti superiori meliori, q̄ mentis & rationis, quæ est μεγαλεῖς animi hominū. Ideoq; specie huīus boni deceptus, postea noxiū cōperiens, serò recepisse potuit. Ratiē ergo Horatius, -- nocet empta dolore voluptas.

¶ 31. Νόσοιν ἔτερη.) Haec duas particula quanvis idē
β. i.

ANNOTAT. IX

denotent, intendent tamen h̄ic significatiōnem.

¶ 33. Αἰψα.) ηγετός ἡ̄c pro malo externo accipituro.
 ¶ 34. Α' Μάχη.) Proverb. γυναικῶν ὁ λεπρός. Mu-
 lier, id est, appetitua & fæminca affectio, & pub-
 licè indulgentia δημοσιων καὶ τυχαιων γενή, at que
 συρφετώδεις, unde laxatur disciplina severior. Hinc
 deinde sublata disciplina tanquā operculo Pādoræ, i.
 corporis & animi humani, statim quasi ex astro Eo-
 li venti & impetus affectus, Quā data porta ruūt,
 & terras turbine perflant, & nusquam non pena-
 dunt, & nihil non moluntur. Quod tamen spes remā
 fit, significat neminē tam desperatis rebus esse quin a-
 liquando speret. Ouid. Viuere spe vidi qui mori-
 turus erat.

Pag. 7. ¶ 2. οργάδει ρδ.). Ratio solius sp̄ei im pyxide re-
 licta. Magnum certè dei donum sp̄es, quo solo affectus
 homines inter totarum sustentantur & aluntur, &
 sine cuius condimento omnia non solum falsa, sed etiā
 insuavisima sunt.

¶ 19. Εἰ δὲ ἐδίδαξε.) Quinque etates iam singit: quo
 commento significat naturam & mores subinde de-
 crieres fieri, & vitia hominum augeri. Hanc descri-
 ptionem etatū omnes ferè Latini Poëta imitati sunt.
 εὐχορυφίσος, significat expositionem ordine factam
 & integrām, neque tamen prolixam.

¶ 13. Χρυσον.) Aureum (ut inquit Plato) propter pre-
 stantiam naturæ, morum & vita. ¶ 16. ἀετος.) Co-
 gnouerat fortasse Poëta aliquid de vita primorum pa-
 rentum in paradiſo: & idco respiciens eō, bæc dicit.

¶ 19. οἱ Γράτινοι) ἱοπτεῖς, sacris epulis. ¶ 25. οἱ φορες.)
 Hac omnia non multum discrepant ab iis quæ sacra
 scriptura tradit de bonis Angelis.

¶ 32. Διδύμοι.) Alterum seculum describit per suas
 circūstantias, quod Argenteum vocat, & eo dederi
 priore fuisse ostendit, quo argenteum est vilius auro.

¶ 35. ὅλη περὶ, vocat media etatem, quæ Gracis à ux-

OPERA HESIOD.

qui di dicitur.

Pag. 9. 9. v. 5. Ζδίς Κερίδης.) Significat propter impietatem
et ne neglectam religionem mortuos esse: docet γάρ ob id fa-
ctū nō ve non tōuerterētur quidē in diuinos spiritus, ve
illi pr̄ priores, sed tamē essent beati, et subterra degerēt.

¶ 10. Ζτζ. 3.) Tertium genus hominum ari comparat,
immanane, ferox, & dominino Martium. fortasse Gigantes
intelligit. ¶ 12. ηντζ. μελαν.) Fingit natos ex arbori-
bus, ut, ut significet duritię & feritatem animorum, ut
pote quā qui toto impetu ad armorū & bellicorum instru-
mentorum usum ferebantur.

¶ 13. οὐδὲ τοῦτο.) Non frumentum ederunt, sed primi
pecudades laniarunt, & carne vesci coepérunt, quod ante a
magnunum nefas est creditum.

¶ 26. Αὐτὸν διπλό.) Quartam etatem Heroicam appellat,
quandido Hercules, Iason, & ali⁹ Argonauta vixerūt,
qui H̄ Heroes vocati sunt, quod virtute communi hominū
naturae præstarent: & semidei, vel quod alterotantūm
parērē te deo nati essent, vel quia in natura humana, vir-
tute diuinā prædicti essent.

¶ 29. επιθετικό.) Ad differentiam Thebarū Egyptia-
rū quaque dicebantur ἐγερτούλοι, & illarū quae dicta
sunt ἐπιθετικάνοι, à mōte sub quo sitae sunt in Cilici.

¶ 30. οὐκέντων.) Id est, propter regnum ac potestianam
· prisci reges pecoribus dinitias suas metiebantur. Eteo-
cles & Polynices filij Oedipi, monomachia de regno
decertantes ambo mutuis vulneribus conciderunt.

Pag. 11. 1. ¶ 1. Εἰ μακρογον.) De festinatis insulis vide
Plin. h. libr. 6. cap. 32. & Homerum Odyss. 11.

¶ 4. Μυκῆται.) Descriptio pastræma & ferrea etatis, quæ
moribabus est pessimis, impijs & depravatissimis, vita-
que curursu calamitosissimo. vox ὥστελον usurpatur ad-
uerbiā aliter significatiōe optandi, & tamen formatur
ut verbum, tribus personis. ¶ 13. Οὐδὲ ξενός.) Ele-
gāter tr̄ hunc locū expressit. Ouid. - nec hospes ab ho-
spite retutus, Non sacer à genero, fratrū quoque
βοή.

A N N O T . I X

- gratia rara est. ¶ 17. Sc̄or̄ om̄v. Jōm̄v. Poëta ēta usur
pant pro intuitu, & præcipue Dei, & hominum in
imperio constitutorum: hinc prægubernatione die diuina:
ex hoc pro metu, reverētia, & cultu. Hinc ergo illi erūt
proterui, quia nulla reverentia nec erga Deum, nec
parentes prædicti sīnt. ¶ 18. Indūr̄os.) Al Athenis
capitale fuit, spem̄ regia non persoluere parentib⁹bus.
¶ 19. Xdḡd̄r̄ag, i. violēti, quibus ius est in mananib⁹s,
qui neque ius neque leges norunt. ¶ 21. Über̄er̄.) pro
über̄is, substant. pro adiect. ut Latinis scelcelus pro
scelesto.
¶ 25. ZñλQ.) Iam redit ad primā propositionē dñe de lisi-
bus. Posteaquam verò preclarè affectum inuidia epi-
thetis suis descripsit, singit Pudorem & Ne Nemesis
deas, reliquise terras, i. nec pudore bonos abstib⁹t erreri
amplius à turpitudine, neque improbas metu xuindi-
ctæ. Nemesis enim hīc significat iustitiam quaæ ulci-
citur malefacta flagitiosorum. Locus hic verè erè philo-
sophicus etiā à Platone in Protagora tractatus fuit.
¶ 32. Nuñ d° avor.) Narrat apogum quo uo notat
potentiorū mores aduersus infiriores. q̄d̄ falsabulam
eiusmodi significat quæ figurat & testē cōtineat ad-
monitionē seriam & granē, & ex usu vitæ per petitam.
¶ 33. Indōra.) per Lusiniam intelligit doctos his homines
& sapientes. vocat hanc auiculam ποικιλόδρεγχη, pro-
pter soni & vocis varietatem.
Pag. 13. ¶ 2 Δαυρών, τῆδ̄ εἰς.) Tyrannica vox vox, plā-
nē proverbialis, de alterius vita pro libidine stalkamentis.
¶ 4. ΚΦων.) Epiphonema seu δημιύδιον huins fa fabula,
quod monet non esse reluatandum potentioribus'bus.
¶ 1. Ω Πέρση.) Primum præceptum, quo fratrem ad iu-
stitiam calendam, & iniustitiam vitandam adiadhorta-
tur. über̄ opponit iustitia, quia p̄ iniustitia uniuersa-
li hac vox usurpatur: quanvis tamen sapientis ac accipia-
tis pro insō'entia quæ comitatur diuitias.
¶ 13. παθών.) Proverbialis locutio, quæ significat misér-

O P E R A H E S.

rimam esse prudentiam qua ex malis nostris perdis-
citur. ¶ 13. Aut̄ige.) Commoratur in collatione in-
stitia & iniustitia, vt hominibus metum incutiat ne
contra iustitiam faciant. Per ὄπον intelligit omnem
fidelei violationem: Per δίκης σκολιας, lites iniquas
quæ & falso intendantur per calumnias & fraudes.

¶ 14. πρόθθ.). tractus violentus, quia iustitia dicitur co-
acta, pro fraudibus accusantium, & iudicium.

¶ Ηδδ' εμε.). Subintelligendus fortassis κτλ. οὐδεα, i.
cœtitus, conuentus, statuta, & alia quæ sunt in con-
suetudine civili.

¶ Οι διδάχη.) Eruditissimè insignia iustitiae præmia &
commoda enumerat. Eadem ferè recenset Homerus in
clypeo Achillis.

¶ 34. Πολλάκι.) Hæc sententia totidem ferè verbis est in
Ecclesiaste: Saepè vniuersa ciuitas mali viri pœ-
nam luit. in aupti, dicitur luere peccata.

Pag. 115. ¶ 4. Ηδδ' εμε.) Hæc & similia prout dubio
ab Hebreis ex doctrina Mosis & Prophetarum de-
sumptas sunt, apud quos crebrae sunt huiusmodi com-
muniaciones. ¶ 9. τεῖβοι.) Emphasis huius vocis si-
gnificat eiusmodi odio inter se mutuo exasperari ho-
mines, ut potentior impotentiorem planè conterat, &
ad nihilum redigat. ¶ 21. Ταῦτα.) Principes deborca-
tur ab iniustitia, & peculiaribus argumentis, quorum
primum est ¶ 24, Οι αὐτῷ, qua sententia mirè cō-
ueniit cum ista, Incidit in foueam quam fecit.
Alceerum, ¶ 25, ab prudentia & animadversione divi-
na. Tertium, ¶ 28, ab absurdo, & indignitate rei.

¶ 32. ΣΩ Πίον.) Denuo fratrem ad iustitiam colendam
adhortatur, argumento sumpto à natura hominis.

Pag. 117. ¶ 8. Σοὶ δι'). In sequentibus Poëta laboris &
industria fructus, incommoda vero & opprobria igna-
nia ivariis argumentis declarat. ¶ 9. ηγέρθη.)
hū: pro malo interno accipitur.

¶ 11. Ττὸς δι'). Argumentū à natura virtutis. Ita enim
B. iij.

A N N O T A T . I X

- laborē pponit, ut cōiungat cū virtute & iustitia. Hūc locū imitatus est qui literam Pythagoræ de descripsit.
- ¶ 15. Ov̄tos.) Triahominum genera describit. 1. Lissus in Fabio & Minutio brunc locum penè ad veterbum expressit: Sāpe ego audiui, milites, cum priuatum esse vi- rum, qui ipse consulat quod in rem sit. Secundum enim qui bene monenti obediunt. Qui nec ipse consuleret, nec alteri parere scit, eum extensi ingenij esse.
- ¶ 16. nō d̄eḡis.) K̄d̄sp̄Q., à xūdo, abscondendo, & sp̄gi, cauda, quod aculeum non exerant fuci, vel propter ignauiam, vel quia non habeant: fucorum enim alij a- culeos habent, alij non, vt Plato docet.
- ¶ 17. Ēp̄yov.) Est occupatio contra fratris & rr multorum stultam opinionem.
- ¶ 18. Δaīp̄ci.) Occurrit obiectioni de paupertate.
- Pag 19. ¶ 3. Aids̄s.) Occupatio item est, nō s̄ se turpe la- borare, pr̄sertim genti. Citatur hic versus pr̄ proverbia- lier, mendicos debere esse impudētes: verū m hac nem- tiquam Hesiodis sententia est. Est enim duplex vere- cundia. Prodest in loco pudor obest, si eo ig ignauiam nostram praetextamus. Pudorem ergo inertiumum impro- bat, quos vocat Virg. Degeneres animos.
- ¶ 19. Ei id̄p̄tis.) Duo genera iniuria facit. Sunt et qui alienas facultates vi rapiant. Alij per fraudem & & periu- ria ditescere cupiunt.
- ¶ 20. Iaw̄. Malè partū, malè disperit. & , De ma- lè quēsitis non gaudet tertius hēres.
- ¶ 21. Īso.] Supplicem antiquitus nefas erat non sc̄lūm l̄dere sed & ope priuare. Ius etiam hospitiū s̄i sacrosan- ctum habebatur: unde Iuppiter ζέν̄Q.
- v. 22 K̄d̄duw.) Pr̄ceptum de cultu diuina. a. Primus est, hostiarum femora pinguedine obducta ci cremare. Secundus, libare, cū vinum effunditur. Tertiū: suffi- sum facere. ¶ 23. Ei id̄p̄.] Hoc intelligendum de diffi- cultatibus insuetis & improniſis. ¶ 24. ἀλ̄αζωσι, i. fine mora. Affines aut̄ constantius adsum, & & nota

O P E R A H E S I O D.

eam prōptè. v. 33. τιμής) i. famā, honorē. v. 35. Εὐ^{λύ.}) De gratitudine p̄cipit in referendo beneficio.
μετροῦσαν, dimensum accipere, vel mutuò.

Pag. 21. ψ. 13. αὐδονα λιπόν.) sic vocal famem ab effe-
ctu, quicquid nigrum aut luridū colorem inducat.

ψ. 18. Αριχορδύς.) Extrema liberalitatis fugienda mo-
net, ut neque sis prodigus, neque sordidus. Vinum in
summo tenuius est quod sit proximum aëri: in imo fe-
culentum est: in medio aut purum. Ergo in medio pro-
batur parsimonia. v. 19. ὀλευθ.) Proverbiū in eos
qui omissis demum occasionib⁹ incipiunt sapere.

v. 21. Καὶ τέ.) Non temerè ulli fidendum monet, ita ut
etiam cum fratre iocans, testem adhibeas. Vel, secun-
dum quosdam, ut etiam cum fratre cœtè agas, fide
quada interposita, non apertè quidē, sed quasi per iocū,
sine offensione fratris, & aliqua diffidētia tua indica-
tione. v. 23. πυρούλον.) De meretrice intelligit,
quaे immodece elegantiæ cultus sit dedita.

v. 31. Σοὶ δ').) Conclusio generalis: vel ὠργοῦσθι ad do-
ctrinam sequentis libri.

I N I I. L I B R U M.

Pag. 23. v. 1. Πληιάδων.) Hic secundus liber conti-
net præcepta de agricultura & administratione rei
familiaris. Hoc autem loco primū per ortum & oc-
casum Pleiadum ostenditur tempus mēsis & aratio-
nis, tam pro locis maritimis, quam à mari remotis.
Sunt autē Pleiades, & stellæ in tergo Tauri, Latini
Vergilian vocant. Syderum autē ortū & occasum trib.
modis admetit agricola. Quid Soli orienti cooritur,
cooccidit, & eorumw̄s oriri vel cadere dicuntur. Quod
Soli occidenti, & eorumw̄s. Quod autem Solis aduentus,
abitūre occultatur aut emergit, in diuinis. Quando i-
gitur Pleiades manē ante Solis ortum conspicuntur,
quod fit mēse Iunio, messem inchoari vult. Quando
autē manē sub terram descendunt (quod fit mēse No-
vembre), carationis tempus adesse dicit.

A N N O T. I N

¶ 3. Aī dñi.) Occultantur 40. dies & noctes p: proper vi-
cinitatem solis, Taurum & Geminos peragigrantis: q:
est à Maio vñq; ad Iunium. ¶ 4. ὡραὶ πλ. οὐραῖς.) Ε-
πιθ. anni, à πέλομαχ, i.e. existo: vel à πολέα, & vero: vel
à ὡραὶ πλ. οὐραῖς. ¶ 7. ἀγνεα.) Palustrem terrām signifi-
cas. ¶ 9. γυμνὸς.) vult vñlos labores perficciat matu-
rè & ante sauitiem hyemis, atq; solicite & festinans: er,
ad egestatem & eius molestias vitandas.

¶ 21. νομός.) Alij fortasse melius γέμιστο legigunt, id est,
oratio vel series verborum ad persuadendum apposita:
nonnulli etiam de modulis & canticu mendicorum intel-
ligunt. ¶ 24. Κτητικό.) famulā intelligit iniure\acqui-
stā: Aristoteles tamē initio Oeconomici sui i ad uxore
refert. ¶ 28. ἐννοφίν.) ab ēn, i. postremus diles mensis.
Pag 25. ¶ 5. Σείρες.) Stella est in ore canis maioris,
ad latus Austris, vicina Leonis, dicta quod nimirum calore
exiccat & debilitet vires humanas.

¶ 7. πλεῖστον.) Vbi sol accesserit Scorpionem, Canicula ma-
nē aliquantis per ante solem, vñtu Heliaco, coconspicitur:
orto autem sole statim labitur sub terram.

¶ 11. Per ὄλμου τερμόν quidam intelligunt morta-
rium trium pedum, quo veteres vñsi sunt pro a mola.

¶ 14. δέκαδώρων.) à δῶρον, i.palmus, quid t munerum
datio δῶρον appellatur: id autem geritur per palmam
manus. ¶ 18. Αἰθωνίς.) Sic vocat Cererem quod
ipsa Athenienses, adeoq; omnes homines de frugibus do-
cucrit. ¶ 21. Αὐτέγνων.) aratum quod haabet denta
le solidum & adnatum, non affixum: vel, quod non sit
planè elaboratum, sed vñq; ad dentale. ¶ 30. ιεροί-
βλαψμον.) octo morsuum, à βλαψμος morsus, i ita tamen
ut unum frustum habeat binos morsus. Seruum intelli-
git robustum, qui integrum panem in 4. partes diui-
sum absunt in cœna: vel cui opus sit pane cœnius qua-
drantes octonus bolis seu partibus constent.

¶ 31. Οὐραῖς.) Etatis quā in seruo requirit gattiones addit
admodum graves, sentitq; multum scutum effe in matu-

O P E R A H E S.

ritate artatis. ¶ 34. ὅπιαστε γίνεται σύμφωνον. Superseminatio, qua usurpari solet cum prior sementis non est ritè peracta.

¶ 36 Φεγγίζεσθαι.) Tempus arandi indicat per clangorem granae auolantium, id quod ut Poëtæ fingunt in Egyptum, ubi belligerantur cum Tygmais.

Pag. 27. ¶ 5 Πηδίον.) Occupatione negligentiam ex insciam rusticorum taxat, qui non considerant quibus opus habbeant, sed in alienam opem sunt intenti. Restat ergo eadem opera posse aliquem petere & negare.

¶ 10. Εὐτράπελον.) Docet diligenciam quæ est adhibenda in aratione. Addit (¶ 12.) signa & circūstātias, qualis terra sit aranda, secca scilicet & humida, i.e. non lutsa, & tamen maledicta. ¶ 14. Εἰαρι.) Modus & ratio arandi traditur. Pingue solum solet quater arari. Qui verò tenuius solum habent, ter arant. Prima aratio est proscissio: secunda fit mensa Iunio, quæ est iteraatio: ter tertia, cum ante sementem aratur, quæ est tertiatione. ¶ 15. Νεῖρον.) Concedendū est suum interuallū terre, quo interquiescat, ut deinde copiosum fructum ferat. Est autem Nouale, ager qui alternis annis seritur. χρόνον, id est, recens arata, adhuc eleuata. ¶ 16. ἀλεξιάρι.) pellens execrationem. Solent enim agricola maledicere quando fructus ex sententia non proueniunt. Δικηλότερος liberos exhilarans, ut pote cibis suppeditet copiosum victum.

¶ 19. Αρχαρίδη.) Quomodo sit arandum. ἔχεται, stius, quia αυτῆς ἔχεται ἡ ἀρέτης, quod eā manu teneat arator. ¶ 21 Εὐδρυον.) Hoc loco lignum est quod est proximum temoni. ¶ 27. Εὐδρυον.) quia scilicet omnia sepulchria & vas a repleta sint. ¶ 28. ἐρδόρυον.] cum inquisiticione & delectu capientem. ¶ 31. Εἰδον.) Improbat hīc arationem dilatam ad scelstitium hybernūm.

¶ 32. Ημέρη.) ob culmorum breuitatem scilicet & paucitatem. Singula verba significanter hīc ponuntur ad declarandum tristem eventum tarda arationis.

¶ 35. Κλιματος.) Αγρυπνοεσθε, & mitigatio precepti de tā

ANNOTAT. IN

da oratione, q̄ tēpestates varia sunt, p̄ voluntate Ionis.
Pag. 29. v̄ 2. H̄ μΘ.) Pulchra Veris descriptio est.

v̄ 9. Πάρση.) Pr̄teri interpretandum, non accede.
Monet enim diligentem agriculam ne vel tempus
hybernus, more vulgi, ociosis & inanibus confabula-
tionibus transfigat, sed cum etiā rem familiarem pro-
monere studeat. Per χαλκον θῶν intelligit officinas
ferrarias, in quas antiquitus in Gracia pauperiores &
ociosi solebant conuenire ad collocutiones frivolas, sicut
apud Romanos in tonstrinis. Pro ēn' ἀλέα, ut cō-
stet versus, quidam legūt, in' ἀλέα, neutrō genere, in
locis calidis, ab ἀλεύ. Λέγετι quondam dicebantur
conuenticula Philosophorum: deinde quia inter ip̄sos
plurimique de rebus leuissimis agitabatur, factum est
ut mendicorum conuentus etiam hoc nomine vocaren-
tur: atque inde etiam ip̄se nuga λέγεται dicta sunt.

v̄ 13. λεπτή ḡ.] Aristot. I. sect. Probl. scribit fame diu-
tina laborantibus pedes intumescente. Superiorē autē
partes eadem ratione extenuantur & macrescunt.
Huc alludit Poëta cùm iubet cauere, ne pedem turne-
factum temui manus demulcere oporteat. v̄ 14. Πολ-
λὰ.] Varijnum est Columella dictum, Homines
nihil agendo, malè agere discunt. v̄ 20. Μλῶα.]
Hyemis tēpus, & mensē Boreali frigore grauissimū
copiōsē & eleganter describit. Αναύον, mensis Ianua-
rius est. Lenae enim Bacchi feria & Pythia sub id
tempus agebantur, cùm vini primitias libabant. Bē-
ddeḡ vocat frigora, que adurion & excoriant etiā
iñsos boves. v̄ 23. Ος τε.) Naturā vim, effectus Bo-
reae prolixē declarat. v̄ 34. Σοχαλὸν.] inclinatum,
contractum. vel, propcrantem in incessu, quamlibet a-
lioquitardum. v̄ : 6. Ητε δίμων.] Curam virginū
in honestioribus familijs exponit, que domi afferua-
bantur, nec in publicum prodibant.

Pag. 51. v̄ 4. ὅτ' ἀρόσεθ.] Polypi hac natura est, teste
Plin. lib. 9. c. 19. ut fame laborans sibi pedes arredat,

O P E R A H E S I O D.

quo maxima hyemis sauitia notatur: Et quia vehementer frigore leditur, latet plurimum in antro suo. Vocat hanc speciem Polyporum avōseos, quod cartilaginem prospina habeat. ¶ 7. Αλ' ὅτι.] Sol cum cum est in Sagittario, dinius versatur apud Ethiopias, qui sunt inter meridionales, quam apud Gracos. ¶ 13. γλάφυ.] p. pro γλαφυρόν. τεί ποδὶ βρεγτῷ, homini seni, tertio in iam pedi, nempe bacillo, innitenti. Vide proverb. Bacchica enigmata. ¶ 17. Χλαιῖαι.] χτωι me-
rior vestis erat supra quam vtebantur pallio.

¶ 18. χεσσόκε.] pro κεκίδε. ¶ 21. ἕψι χτεμόνιο.] quē fuit difficile prosternere: vel qui fuit robustus cum pro sternere retinetur. ¶ 25. Τέτου.] ad pluviā propulsandā, ut ἀλέλει sit ab ἀλθεϊστῃ. Quare expungenda erit illa interpretatio qua habet ἀλέλει, temporē. ¶ 29. Αἵρ πυρφόρ.] Vapor ex terra in nubibus repercutiūs & in aquā reperfolutus, decidit: humectat autē aer sata & arua.

Pag. 33: ¶ 1. μης γδ.] Repetit admonitionem de visitando hoc mense Iamario, cuius difficultates hactenus descriptis. ¶ 3. Τῆμος.] Bobus dimidiā partem palabuli detrahēdam, viro vero aliquid addendū: in nocte den scilicet. Nam Graci homines tantum cœnabant, & largiū quidem. ¶ 4. Διφέρν.] Sic vocant Poëtæ noctem, ὥστε τὸ διφέρν iματίον αὐτή: vel, διὰ τὸ ὄνφραινει τὸ στομα διὰ τὸ ἀναπνεόεσσον. ¶ 10. Αἴρχατηρ.] Silla est sub z. na Bootæ: oritur vespere et mitto veris. ¶ 12. Πάνδιον.) Hirundinē intelligitur: respicit aut ad fabulā de Progne & Philomela, & Pandionis filiabus. ¶ 13. Εἰς φάθ.] Poëta uidetur in ea opinione esse ut putet hirūdines h. yemis latera q. quasi mortuas in suis nidis. Alij putant eas auolare e in regiones tepidiores. ¶ 15. Αλ' ὅποτε.) Mēsis t. tempus describit. Per φέοντο intelligit testudinem, q. quod domum suam circunferat. Alij aliud animalculum intelligunt, quod pro vitando Solis astu solebat & ascendere plantas & virgulas.

A N N O T . I N

- ψ 13. Φδίγχ.) Prohibet tempore messis somnum ad multam lucem protrahere.
- ψ 33. Βιζλινό.) Biblinum vinum dicitur à Biblia regione Thraciae, ubi nobilissima vina sunt.
- ψ 36. αὐτον.) vinum rubrum pinguis est, et magis alit, tenuiusque est, et faciliter penetrat.
- Pag 35. ψ 4. Τεῖς θάλατ.) Græci nunquam merum bibere solebant. Athenæus hanc diluendi vini consuetudinem fuisse dicit, ut ad duos vini cyathos, quinque aquæ adderent: nonnunquam ad quatuor vini cyathos, duos aquæ. ψ 6. δύτ' αὐ.) Id incidit in mensuram Augustum. ψ 8. Μέτρο.) Monet mensurandas esse fruges, ut sciat agricola quantum ex agro redeat.
- ψ 12. Καρχαρόδοτε.) à sono factum videtur. Sunt a canes asperimis dentibus, et cornuum firmissime tenentes semel in fauces recepta.
- ψ 13. ιμερόκοι.) furem intelligit. ψ 14. συρφεῖ.) Intelligit non tantum paleas, sed et folia vitium, quer cum, tum verò herbas, aliisque id genus que pecoribus in hyeme possint esse non incommode pabulum.
- ψ 16. γωνίατα.) usitatum est Poëtis usurpare hoc vocabulum pro potentia, viribus, et robore.
- ψ 17. Εὔτ' αὐ.) Tempus vindemia describit.
- ψ 20 Δεῖξε.) Hoc intelligunt nonnulli de quadam certi vini preparacione, in qua rationem faciendi unas passas complexus sit. Alij generale praeceptum esse putat de modo vindemiandi pro temporibus et locis illis optimo. ψ 26. Εἰ δὲ οὐ.) De navigatione præcepta quadam subiicit. Fuit enim illis familiare, ducere fruges et merces. ψ 34. Χείλιον] clavum significat quo foramen in natis carina obstruitur, quo amoto natis in secum tracta aquam in sentina collectam emitunt.
- Pag. 37. ψ 5. Ωδοῦσθε.) Exemplum patrio sui proponit, quæ dicit ex patria profugisse non propter inuidiam ex opibus conflatam, sed propter paupertatem.

OPERA HES.

¶ 11. Νέοντας το.) Describit nunc patriam suam Poëta
¶ 15. Νη ἀν' ὅλ.) Mediocritatem tuiorem esse dicit.

¶ 21. Οὐτδύτε τι.) Remouet à se reprehensionem ob imperi-
tiam. Hic videmus συφίζειν primò usurpatum fuisse
cum laa laude, pro docere, & tradere aliquid eruditius
præ alijs. ¶ 26. Αμφιδάγωτος.) Amphidamas rex
Eubœæ in bello aduersus Erythraos occisus fuit: in cui-
us obitum filij eius certamina edixerunt. Apparet
sanè Hesiodum Homero posteriorem fere centum an-
nis fuisse: prouinde cum eo in hoc certamine non certavit.
¶ 35. Η μεγάτα.) Tempus navigationis commodissimum
tradit, lit, æstuum scilicet.

Pag. 39. ¶ 1. ¶ 5. Εἰ τοῖς.) Proverbialis est hic versiculos &
valde plesius, quo admonemur, quidquid nobis aduer-
sum aut prosperum accidit, Deo ascribendum esse.

¶ 6. Δυχόληρίας αὐτοῖς vocat faciles & leues flatus, ut
sunt Et Etesii & similes placidi. ¶ 14. ΛΑΘΩ.) Ver-
nam na navigationē describit, quā ipse quidem non pro-
bat, ut sit periculosa, sed qua tamen est usitata homi-
nibus ob cupiditatem pecunia. ¶ 30. Μίσα.) Epi-
phonemate generali concludit modum esse seruandum.
¶ 31. Ωραὶ εργῶν.) Tradit tempus coniugio maturum in
mare & Œfemella. ¶ 34. τέτοπ'.) Pollux quatuordecim
exponit. Plato & Aristot. constituant puellæ decimum
octauum annum nubendi.

Pag. 41. ¶ 1. ¶ 4. Δειπνολόγοις.) quæ commissariis clam
indulget. & quæ paſsim adū conuincia.

¶ 5. ἄττερ τερ δελλ.) sine face, id est, clam, etiam si foris ni-
bil apparet. Et crudam sanguinem, tempestuam &
marinoram vocal.

¶ 6. Εὖ δῖ δ').) De religione præcipit. ὁμοίως, in Deo significat
inspektionem & gubernationem rerum, instamq; indi-
gnationem contra impios. In homine autem respectum
ad Dei dei metum & reverentiam.

¶ 7. Μηδὲν δε.) Præceptum plenum humanitatis, nullam
amicitiam præponendam esse sanguinis coniunctioni.

ANNOT. IN

¶ 11. Δἰς τοῦτο.) Iubet offensionem amici duplii vindicta et a pensare, idq; eò ut agnoscatur delictum: Et tum, si in gratiam redire velit, benignè recipiendum docet. Alij sic intelligunt, ac si in genere diceret nullum peccatum imputatum relinqui. ¶ 14. οὐδὲ θέσι.) Tu vites omnia quæ in amicis improbantur, nec prodas animū tuum minus quam conueniat integrum. Vel, vide ne vultus tuus præ se ferat similitatem, sed ex animo ejicias omnem pristinarum iniuriarum memoriam.

¶ 15. Μηδὲ πολυζ.) Utraque extrema liberalitatis fugienda monet. Est autem hinc intelligenda prisca illa hospitalitas, que erat sacrosancta.

¶ 22. Δυστέλεχονθ.) morosus, id est, non sis difficilis accessio et collationis. ¶ 27. Μηδὲ ἀρτ.). Non esse mendicandum contra solem. Vel allegoricè, contra magnos et honestos viros nihil proserue et irreuerenter agendum. ¶ 31. Εὔδημονθ.) Turcis etiamnum hodie religiosum est ut sedentes mingant, et ingens flagitium designari credunt si quis in publico cacaret aut minoreret. ¶ 23. Μηδὲ αἰδία.) A congressu uxori ne sacra accedas.

¶ 35. Μηδὲ δότο.). Ab hilariore conniuio, non à tristioribus sacris accedendum ad uxorem docet.

Pag. 43. V. 6. Μηδὲ δότο μέτοχονθ.) Unques non esse praeditos in conniuio, præsertim solenni. μέτοχον vocat manum, quod quicq; digitis tanquam ramis constet.

V. 8. Μηδὲ πτῶτον οἰκοχ.) Duplex potest esse sensus. Vel, ut prohibeat parvum poculum supra craterem magnum collocari, ut ita potentibus inde hauiire liceat quantum velint: vel, ut ne velit parvū poculum pro craterre apponere, atq; ita prohibeat parsimoniam in compositionibus. Locus est sacro obscurus.

V. 10. Μηδὲ δόμο.) Spartam quam natus es ornata. In quocunque genere verseris, in illud incumbere, et in ea persevera. V. 11. κορεγόν.) Fama sinistra et malegra potest intelligi. λουέρυζα, pro καλάρυζα.

OPERA HESIOD.

- ¶. 12. Μνηδέ δόπο.) Pium praeceptum. Ex ollis nondum sacrificariis, & illibatis non capiendū esse cibum. Quidam piper χυτοδας à vītī p̄fēctos intellegunt ollas supra fī focum stantes, ex quibus cibi nondum ritè partim̄ iñfusi, mensis impositi, atque consecrati sunt.
- ¶. 14. Μνηδέ iñ π' ἀνν.) Prohibet liberorum collocationē super si sepulchra & morticina, (que vocat ἀκίντα, qd non monimenta, vel non sine monenda,) quod priscis infastuas videbatur. Vel allegoricē prohibet ignauiam ocium & delicias in prole duodecim annorum.
- ¶. 21. Μνηδέ ποτ.) Hi recte in fontes immingere dicuntur qui sacram doctrinam commaculant.
- ¶. 24. Διὸν λύτρω.) Boni nominis præcipuam curare habendam cſſe vult, quia (versu 25.) nulla fama prorsus euaneſſcat tanquam inanis, & non omnino de nihilo ſit quod uulgō fertur: famæ enim vim quandam diuinam etiam in inesse. Ex hoc loco desumpta Virgilius descriptionem famæ, &c. Eneid. Fama malum, &c.

Annotationes in Dies, habes in calce huius
voluminis post tabulam Theogonie.

In Helesiodi librum cui titulus ἐργα καὶ μύθοι:

Ησιόδε πατερί βίβλον εμεῖς τῶν χρονίων ελίσανται,
Πυρρόβρον ὁζαπίνης εἰδον επερχομένους.
Βίβλον ἢ πρὶν λας ὅτι γλυκὺ χρεῖ, τὰ τ' εἴρονται,
Ἐργα τι μοι παρέχεις ἂν γέρει Ησιόδη;



HESIODI ASCRAE OPERA ET DIES.



VS & ex-Pieria carminibus ce-
lebrantes,
Agite, Iouem dicite vestrum pa-
trem laudantes,
Quemodo mortales homines sunt
pariter obscuriq; clariq;
Nobiles, ignobiles q;. Iouis magni
voluntate:

Facile enim extollit, facile etiam elatum deprimit:
Facile præclarum minuit, & obscurum adauget,
Facileq; corrigit incuruum, & superbū desiccat
Iuppiter altitonans, qui supremas domos incolit.
Audi intuēs & auscultās, & pro iustitia tua dirige iura
Tu. Ego verò Persæ fratri vera dicam.

Non sanè unū erat cōtentioñum genus, sed super terrā
Sunt duo. unum quidem probauerit cordatus:
Alterū est vituperabile: in diversa animū distrahit.
Nā hac cōtentio bellū exitiosum, & discordā auget,
Noxia: nullus hāc amat mortalis, sed necessariò
Immortalium consilis litem colunt molestam.
Alteram verò, priorem genuit nox obscura,
Posuit. v. ipsam Saturnius altius, in æthere habitans,
Terra in radicibus, & quidem hominib; lōgè meliorē:
Hec & quātumvis inertem, tamen ad opus excitat.
In alterum n. quispiam intuens ociosus
Divitem, qui festinas arare, atque plantare,
Domumq; rectè administrare, æmulatur vicinū vicinus,
Ad diuinas festināsem, bona. v. hæc cōtentio hominib;



Η ΣΙΟΔΟΤ ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ ζργα καὶ ἡμέρα.



Ο Τ Σ ΑΙ Πιερίδεη ἀσιδῆσ
κλείουσα,·
Δεῦτε δι' εὐέπειτη σφέτεροι πα-
τέρ' ὑμείουσα.
Οι τε διὰ βροταὶ διδρες ὄμως ἔ-
φατοι τε φατοι τε,
Ρυτοὶ τ' ἄρρητοι τε, διὸς μηδάλοιο
εκπτ.

Ρεῖα μὴν δὲ βελάει, βέαδὲ βελκούτα χαλέπτει·
Ρεῖα δὲ αρέζηλον μηνύθῃ, καὶ ἄδηλον ἀτέξει.
Ρεῖα δὲ τὸν ἴδυντες σκολιόν καὶ ἀγλώπεια καίρει
Ζεὺς ὑπερβομέτης, ὃς ψεύτατα δειματα ταιέι.
Κλῦθι ιδῶν ἀταν τε δίκη δὲ ἴδυντες δέμισας
Τιμή· ἐγὼ δὲ καὶ Πέρση ἐπίτημα μέντοι μη.

Οὐκ ἔχει μουῶν ἔκανε ερίδων γένθ, ἀλλ' ὅπις γαῖα,
Εἰστι δύο. τὴν μὲν κανέπαγνιατες τήσας,
Ηδὲ ἔπιμορμητή· διὸ δὲ αὐδίχα δυμὸν ἔχεστη.
Η μὲν γῆ πόλεμον τε κακὸν καὶ δῆτιν ὀφέλει,
Σχετλιν· τὸν τὴν γῆν φιλεῖ βροτός, ἀλλ' ωστ' αἰάγκης
Αἰδανάτων βουλῆσιν ἔριν πικῶστι βαρεῖα.
Τὴν δὲ τέφειαν, περιτέφειαν μὲν ἐγεινατο τοῦτο ἐρεβεῖντα,
Θῆκε δὲ μην Κρονίδης υψίζυγος αὐδέρει ταιῶν
Γαῖας τὸν ρίζην καὶ αὐδρασι πολλὸν ἀμείγει·
Η τε καὶ ἀπάλαμπον πᾶν ὄμως ὅπις ἐργειν ἐγείρει.
Εἰς ἔτερην γῆν τις τε ιδῶν ἐργειο χατίζων
Πλάστον, ὃς απείδη μὲν ἀρέμιμασι αὐδέτεροι φυτούσιν,
Οἰκόντ' δὲ δειδαμ. ζηλοῖ δὲ τε γειτοναγείτων
Εἰς ἄφερον απείδην· ἀγαδὴ δὲ ερεις οἵδε βροτοῖσι.

Et figulus figulo succenfer, & fabro faber.

Et mendicus mendico inuidet, cantorq; cantori.

*O Persa, tu verò hactu reponere in animo, (cat,
Neq; malis gaudens contentio animū tuū ab opere abdu-
Lites spectantem, forique auscultatorem existentem.*

Cura namque parua est litiumque forique,

Cui non sit vietus domi annus reposus,

Tempestiuus, quem terra fert, Cereris munus.

Quo satis iatus, lites ac rixam mouseas

De facultatib. alienis. Tibi verò nō amplius erit iterum

Sic faciendum. Sed rursus discernamus litem

R e litis iudicis. que ex Ioue sunt optima.

Nā nuper quidē patrimonium diuisimus: aliaque multa

Rapiens fer. bas, valde demulcens reges

Doniueros, qui hanc litem volunt indicasse.

Stulti: neq; scisunt, quanto plus dimidium sit toto,

Neq; quam magnum in malua & asphodelo bonum.

Occulatq; enim habent dī victum hominibus:

Facile enim alioqui vel uno die tantum operatus es

Ut in annum quoque satis haberet, ociosus etiam:

Statimque temonem quidem super fumum poneres,

Opera verò boum cessarent, mulorumque laboriosorum.

Sed Iupiter abscondit, iratus mente sua,

Quia ipsum decepit Prometheus versutus.

Quocirca hominibus paravit tristia mala. (puer

Abscondit verò ignem. quem rursus quidē bonus Iapeti

Surripuit ad hominum usum, Ioue à consulto,

In cana ferula, clam Ioue fulminibus gaudente.

Huncque indignatus affatus est nubicoga Iupiter:

Iaperioride, omnium maximè versute,

Gaudes ignem furatus? quodque animū meū deceperis?

Id tibique ipsi magnum erit malum, & posteris.

Ipsis namque pro igni dabo malum: quo omnes

Se oblectent animo, suum malum amplectentes.

